

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici
dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

Titvlvs V. De Restitutione spoliatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

Decisionum Casuum Conscientiae.

TITVLVS III.

De Ferijs,

S V M M A R I V M.

- 1 Festum ob paruitatem, aut necessitatem operæ non violatur.
- 2 Missa ab audienda quæ disflantia, & quos excusat.
- 3 Famuli artificum in ferijs laborantes peccant, nisi necessitas excusat.
- 4 Missa ab audienda excusantur agasones, qui ut minus impendunt, longe se recipiunt.
- 5 Missam vt audiant pastores ouium, Dominus eorum curare debet.
- 6 Scribendi actio, quando opus seruile sit.

DECISIO I.

Ex conf. 1. in vtriusque.

Licit festum ob paruitatem materie non violetetur, & necessitas magna etiam a festo colendo excusat si tamen aliqua fiant quæ communiter a Magistratibus Ecclesiasticis prohibentur, a peccato omnino transgressores immunes non censentur, quamvis habita ratione paruitatis materie, & necessitatis a mortali peccato excusati possint.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 3.

Agricola locantes operas suas menstruas pro certis locis remotis ab ecclesijs circiter tria, aut quatuor militaria, quamvis aliquando, ratione atatum, si admodum fenes sint, vel temporum si pluviae sint in aliqua saltu abundantia, aut inundationes, & loca periculosa, & luctuosa, fuerint, ab audienda Missa diebus sacris excusantur, si tamen robusti sunt, nec aliud virgens impedimentum adest, ex eo solum quod tribus militariis, aut circiter a loco, ubi Mis sa audienda est, distant, nullatenus sunt excusandi.

DECISIO III.

Ex conf. 2. alias 3.

Famuli artificum seruientes eis aliquot annis, vt eorum artes discant, si coacti a suis Dominis & magistris seruilia opera faciant, non proponunt discedere ab eis nolentibus eos alteri docete, peccant diebus festis laborando nisi necessitas artificum magna, aut propria excusat, etiam auditio factio multoque magis si sacram audire omittant, Nec a Confessariis suis absoluvi possunt, nisi deinceps desistere firmiter proponant.

DECISIO IV.

Ex conf. 4. in vtriusque.

Agasones, seu agentes equos, ac muliones pauperes ex terra urbes & castra commorantes in hospitijs & locis plurimum distantibus ab ecclesijs, & in quibus minoris emuntur necessaria ab audienda Missa excusantur, si principiter huiusmodi loca, & diuersoria, ut minus impendat & non ut ab audienda Missa excusentur, adeant ex Na. in Man.c.13. & ca.22.num.3.

DECISIO V.

Ex conf. 5. in vtriusque.

Pastores ouium longe ab Ecclesijs constituti, si possunt, ita inter se conuenient debent, ut vel maior pars, vel alii qui saltum Missas audiant, nec illis seruire debent, qui custodes ad id necessarios locare volunt: cum ut Missas audiant pastores ouium Domini eorum curare teneantur.

DECISIO VI.

Ex conf. 6. in Novis deest in antiquis.

CVM opus seruile, opus manuarium sit magis propriæ seruus conueniens quam ijs, quibus seruirut, ex Na. in Man.c.13.num.3. quamvis scribendi actio, prout est opus per animi prudentiam, id est, prout significat legem condere, aut librum componere, opus seruile non sit, quando

tamen ex una scriptura alia similis transcribitur, actio seruile est. Non tamen ex eo solum opus seruile aliquid efficitur, quod ob lucrum, vel mercede fiat, ita Ca.2.2.q.122, art.4. Nauar. in Man. cap.13.num.5. & 12. Quando autem in die festo conceditur alicui facultas laborandi, ea solum opera concedi censentur, quæ vir bonus & prudens inspectis circumstantijs personarum, causarum, sive occasionum generis operum, & alijs arbitrabitur. Arg.1.1. ff. de iure debili, & c. de causis, de officiis, deleg. Ita ut maius tēpus ad aliquid consuendum, vel ad barbas radendas, & capillos circumcidendos concedi poterit, quam ad fodiēdum in agro vel potandam vineam.

TITVLVS IV.

De causa possessionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Possesso beneficij renunciati ipso iure non perditur, & sic spoliatus potest agere de spolio.

DECISIO I.

Ex conf. unico, alias 1. de officiis iudic ordin.

Possesso beneficij per promotionem, vel renunciacionem spontaneam ipso iure non perditur, donec relinquit possessionem, vel ab ea legitimè expellat, unde gesta interim a possidente valēt, adeo, quod si spoliatur de spolio contra spoliantem iustè agere posset, ita in causa super hoc de renunciacione.

TITVLVS V.

De Restitutione spoliatorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Legis humanae mutatio vitanda, nisi eius utilitas præponderet.

DECISIO I.

Ex conf. 1. in vtriusque.

Viamuis omnia, quæ sunt iurius humani Sommus Pontifex mutare possit & mutatio valerer, licet aliquid fieri non deberet; ca. Quæ ecclesia de constituta culpa tamen non excusat, si absque iusta causa ea facet. Quia licet consuetudo, & lex humana iusta de causa mutari possit, non tamen absque illa; sed nec cum illa, etiam, cum occurrit aliquid melius, nisi illud præpondere ret, & maiori momenti esset. Reipublica quam malum, quod ex immutatione sequetur; c. ridiculum. dist.12. & S. Tho. 1.2.q.97.art.2. presertim cum ex mutatione illius ad alicius præjudiciū, & bonorum spoliacionem procederetur.

TITVLVS VI.

Ut lite pendente nihil innouetur.

S V M M A R I V M.

- 1 Monasterium S. Trinitatis Minimorum de urbe, a quo sunt datum sit & a quibus regendum sit.

DECISIO I.

Ex conf. unico in antiquis, alias consil. 9. de constit. in Novis.

Monasterium S. Trinitatis Minimorum in Monte Pincio in urbe Romana, a Rege Francorum ira fundatum est, & ab ipsomet S. Francisco de Paula eiusdem ordinis institutore hoc priuilegio donatur, ut semper per fratres Gallice nationis, quamdiu inueniantur, qui inibi residere, & cultui diuino insistere voluerint, regatur; sin autem non reperiantur Galli illud inhabitare volentes, tunc & per alios regi, & inhabitati poterit; pariterque si locus super-